

hæc abstractio generum, & specierum, ut per intellectum fiat, habet sufficientem fundamentum, tum in ipso, tum in rebus abique illa distinctione actuali, quæ in ipsis rebus antecedit, ergo talis distinctio non est ponenda, consequentia patet, quia occasio introducendi hanc distinctionem sumpta fuit ex modo concipiendi nostro, & consequenter ex modo loquendi in modo concipiendi fondato; probatur assumptum, quia ut intellectus illos conceptus formeret, atque præficeret, ex parte rerum sufficit convenientia, & similitudo earum inter se magis, vel minus perfecta cum aliqua dissimilitudine, & disconvenientia; ex parte vero intellectus sufficit, quod possit id, in quo res conveniunt, concipere per modum unius præcisè illud concipiendi; sed hoc tamen fieri potest abique actuali distinctione graduum, quæ in re ipsa fit, nam duo homines conveniunt inter se ratione hominis, & distinguuntur, ut individa, abque distinctione in re inter rationem communem, ac in dividualem differentiam; item Deus, & creatura conveniunt in ratione entis realis, & differunt in ratione talis entis, abque distinctione inter rationem communem, & propriam, aliquin sequeretur compositio in Deo, quod etiam probat ibi Suarez, alius exemplis. 20. R. resp. ad 1. negando assumptum quod secundam partem (nam quod primum conceditur) cujus probationes sicut ipse remittit ad disp. de principio individuationis, non nos quoque earundem solutiones; hinc etiam negatur consequentia, ad cuius probationem concessio antecedit iterum negatur consequentia cum eius probatione, nam falsum est, distinctionem ex natura rei intercedere tantum inter res individas, & singulares, hoc enim tantum verificatur de distinctione ex natura rei reali, non autem ex natura rei formali, quæ est distinctio media inter realem propriè dictam, & rationis, immò neque verificatur de omni distinctione reali, quia non de distinctione reali naturarum, cujus meminit Doctor 1. dist. 2. quæst. 7. ff. & coincidit cum distinctione essentiali, natura namque Petri etiam præcisa a propria singularitate est realiter diversa a natura Buccellæ, & contra, distinctio reali naturarum, cum non suppositum, de quo ex aliis disp. sequent. Ad 2. negatur minor loquendo de distinctione ex natura rei in eodem sensu, ad probationem dicendum, quod licet anima sit una simplex forma physice loquendo, quia non composita ex partibus propriè dictis, est tamen multiplex metaphysice per multiplicatam graduum, & potentiarum formaliter distinctarum. Unde autem iudicanda sit multiplicitas (in quo consistit puncta difficultatis) ait Amic. loc. cit. non esse attendendam ad quancunque ratione operationum, sed ex illis operationibus, quæ arguunt potentias separabiles connaturaliter, nam ex potentia connaturaliter separabilibus arguitur distinctio ex natura rei in principio radicali, sicut enim ex operationibus, quæ sunt circa eandem formalem rationem obiecti, etiam si sint plures, colligitur unitas specificæ potentie, ita ex potentiis, tanquam ex passionibus, arguitur unitas, vel distinctio principii radicalis, nam ubi videmus ex aliquo principio oriri varias potentias, & deinde videmus in aliquo supposito illas potentias unitas, in aliquo verò illas omnes non reperiri, redè arguimus eas, ubi reperitur unitas, non oriri ex eodem principio formaliter, sed materialiter, ut v. gr. in homine reperiantur intellectus, & potentie sensitivæ, in bruto autem reperiantur potentie sensitivæ, & non intellectus, redè arguitur intellectum oriri ex alio principio formaliter, quam potentias sensitivas; similiter inter potentias sensitivas, quia in aliquo animali non reperiantur omnes sensus, nam reperitur v. gr. tactus, non tamen visus, redè arguitur ex alio principio formaliter oriri tactum, & visum, & sic de aliis.

Hanc tamen solutionem impugnat Ovied. cit. contrav. 4. Met. punct. 3. num. 10. quia separatio arguit tantum distinctionem in his, in quibus reperitur; ergo etiam si sensitivum animalis non rationalis v. gr. sensitivum equi distinguitur a rationali, a quo separatur, non inferitur sensitivum hominis distingui a rationali, a quo nunquam separatur, sicuti virtus productiva caloris in igne, & virtus productiva frigoris in aqua, in quibus hæc virtutes separantur, distinguuntur realiter, in Deo autem potente producere calorem, & frigiditatem, in quo hæc potentie, non separantur, nullo modo distinguuntur, sed eadem omnipotentia indivisibiliter sumpta est virtus productiva caloris, & frigiditatis. Hæc impugnatio invalida redditur ex dictis supra num. 207. contra eundem Auctorem; quia falsè innuit imaginationi, quod ita ex natura rei distinguuntur sensitivum hominis, & sensitivum equi, sicut rationale hominis, & irrationale equi, quod profus falsum est, quia a parte rei conveniunt equus, & homo in esse sensitivo, & differunt per rationalitatem, & irrationalitatem, & idem omnino est conceptus obiectivus sensitivi utriusque per quem exprimitur id, quod importat a parte rei in homine, & equo abique ulla fictione intellectus nostri, quamvis ergo verum sit, quod sensitivum hominis nunquam realiter, ac entitative separatur a rationali, quia in homine realiter identificatur cum ipso, dici tamen potest separari obiectivè, & formaliter, quia secundum suam rationem formalem consideratum non coarctatur ad solum hominem, in quo invenitur rationalitas, sed etiam ad brutum extenditur, in quo non invenitur, & in hoc sensu dici potest separari, quæ separatio consistit ad inducendam distinctionem formalem, de qua hic loquimur, inter sensitivum, & intellectivum. Neque exemplum ab ipso adductum de omnipotentia Dei, quæ est productiva frigoris, & caloris secundum eandem indivisibilem entitatem probat sufficienter propositum, quia in Deo non reperitur potentia formaliter ca-

lesativa, vel frigidativa, ut sunt calor, & frigus, sicut in homine reperitur potentia formaliter sensitiva, a qua in genere causæ formalis dicitur sensitiva, & intellectiva, a qua formaliter constituitur intellectivus, & ideo nulla est ibi necessaria distinctio inter potentiam calefactivam, & frigidativam, sed tamen in homine inter potentiam sensitivam, & intellectivam. 202. Quamvis ergo alla responsio quibaldam Scotis sufficiens videatur pro solutione argumenti; mihi tamen omnino non probatur, nam si multiplicitas potentiarum in anima fuit debet ex eo capite assignato ab Amico, nempe quia sint connaturaliter separabiles, ut constat de sensitivo, quod in brutis invenitur separatum ab intellectivo, sanè ex tali separatione inducenda videtur inter sensitivum, & intellectivum, nedum distinctio formalis ex natura rei, sed etiam distinctio realis, quia separatio est maximum iudicium talis distinctionis. Tum quia, ut dictum est num. 207. ex hoc capite poni debet distinctio formalis ex natura rei, nedum inter gradus prædicamentales magis, & minus commune, sed etiam inter transcendentes, quia ens v. gr. reperitur in creatura, ubi non invenitur ratio infinitatis, & dependentie, & sic importaret in Deo realitatem ex natura rei distinctam a propriis rationibus Dei, Tum quia talis separabilitas non invenitur inter intellectivum, & volitivum, & adhuc tamen in homine potentia intellectiva, & volitiva distinguuntur ex natura rei formaliter, non ergo regula illa separabilitatis est universalis, & adæquata ad inveniendam distinctionem, ac multipliciter formalem potentiarum. Melius ergo respondetur ex dictis disp. 2. de Anim. quæ. 1. art. 2. num. 19. & 20. non utique quancunque operationum diversitatem semper arguere diversitatem realem, sed saltem formaliter in principis, ut bene probant exempla in argumento adducta, sed tunc tantum debet multiplicari saltem formaliter principia agendi in aliqua re, quando operationes ab illa provenientes requirunt ex suis rationibus aliqua m. priorem distinctionem in principis, ut docet Doctor 1. dist. 13. respondendo ad argumenta Adami, & loc. cit. explicatum est; itaque ab eodem principio radicali, (excepto prædicto calori) in genere efficientis causa possunt operationes etiam specie diversè procedere, quia ex diversis causis secundum concurrentibus potest illius actio determinari, ut patet in exemplo de Sole carminem liquefaciente, & lutum indurante; hoc tamen esse nequit in genere causæ formalis, quia non est, unde determinatur ad varios specie effectus; nisi in se habeat determinatam illud esse, quod in se formaliter habet secundum substantiam, per quod patet ad exemplum de Sole, quod Suarez adducit, in cuius forma opus non est assignare diversa principia realiter, vel formaliter distincta calefacientia, descandenti, humedandi, & c. quia tales effectus procedunt ab ipso in genere causæ efficientis, non autem formalis, non enim dicitur formaliter calidus, vel sicus, & quia effectum illum in dandam nedum in genere causæ efficientis exercet, quatenus medium illuminat, sed etiam in genere causæ formalis, nam ipse quoque denominatur formaliter lucidus, hinc est, quod lucem formaliter in ipso reponimus. Quia igitur in proposito anima rationalis in homine nedum exerceret numerum vegetantis, sentientis, & intelligentis in genere causæ efficientis, sed etiam formalis, quia per animam rationalem homo dicitur formaliter vivens, sentiens, & intelligens, hæc de causa multiplicata in ipsa formaliter potentiam vegetativam, sensitivam, & intellectivam, ut diximus disp. de Anim. quæst. 8. unde falsum est, quod dicebat Suarez eandem esse rationem de uno, ac de alio genere causæ, & quod si non est necessaria distinctio in principis effectivis respectu diversarum operationum, nec etiam necessaria sit in principis multiplicibus respectu diversarum in informationum.

Dices, si multipliciter potentia vegetativa, sensitiva, & intellectiva in anima rationali formaliter, vel principium, unde fuit una ex ipsis, est distinctum formaliter a principio, a quo profuit altera, vel non; si non est distinctum, sed idem formaliter, ergo similiter posset dici de ipsimet potentis; quæ profuit; si est distinctum formaliter, ergo dabitur processus in infinitum. R. resp. ex dictis disp. cit. de Anim. omnes, & singulas eius potentias fluere ab essentia eisdem anime, in genere veluti causæ efficientis, ut proprietates unius, & eisdem principii radicalis, & remoti, & in ordine ad illas illimitati, neque rationabiliter potest idem asserti de ipsimet potentis, quod fuit una, & eadem formaliter, quia mediatis illis exercet anima varios, ac diversos specie effectus, nedum in genere causæ efficientis, sed etiam formalis, atque ideo ipsi anime substantiæ, veluti in se ponit debent secundum proprias formalitates, & per quos denominatur homo formaliter vivens, sentiens, ac intelligens. Ad ultimum argumentum Suarez negatur assumptum, ad probationem negatur minor cum eius probatione quoad primam partem, cum enim similitudo, ac dissimilitudo duorum genere convenientium, & specie differentium, aut specie convenientium, & numero a parte rei differentium sit realis, actualis, & positiva, non autem virtualis, & fundamentalis tantum, qualis est convenientia inter Deum, & creaturam in gradu essendi, ut dictum est supra num. 200. ideo fundari nequeunt super unam, & eandem simplicem formalitatem, sed debent esse diversæ rationes fundandi saltem formaliter, quia implicat a parte rei duo inter se convenire, & differre actualiter, & formaliter per eandem profus formalitatem, & realitatem, ut loc. cit. explicatum est, unde longè diversè est ratio de convenientia Petri, & Pauli in ratione hominis, & de

conve-

convenientia Dei, & creaturæ in ratione entis, non enim differunt ille de convenientia solum in ratione maioris, vel minoris, sed similitudinis plus, minusve perfectæ, sed præcipue ulterius differunt, quia una convenientia est actualis, & positiva, illa inferior, quæ versatur inter Petrum, & Paulum in ratione hominis, altera vero inter Deum, & creaturam in ratione entis est solum fundamentalis, ac veluti negativa. Tertio, arguit Hurtad. disp. 5. Metaph. sect. 3. si animal, & rationale distinguuntur ex natura rei formaliter, ergo fallæ erit hæc propositio, homo est animal formaliter, quia quæ non sunt idem ex natura rei, non possunt prædicari invicem, ut realiter idem, nam prædicatio significat identitatem subiecti cum prædicato; neque dicas esse veram prædicacionem propter identitatem realem, nam distinctio formalis est etiam realis, inquit Hurtad. quia ex tat a parte rei citra intellectus operationem. Deinde aliquæ rationes communes nequeunt a suis inferioribus distingui ex natura rei formaliter, ergo nulla ratio communis, eo quod sit communis, distinguuntur ab inferioribus, quia si idcirco, ex communitate, debet poni ubi queque reperitur talis communitas; antecedit probatur de conceptu communissimo entis, qui non distinguitur ex natura rei a gradu constitutivo substantiæ, cum hic sit essentialiter ens. Neque dicas conceptum entis esse transcendente, & ideo non posse ex natura rei ab inferioribus distingui. Quia si semel conceditur aliqua rationem communem non distingui, idem dicendum de omni, nam in omnibus est eadem ratio. Tum quia conceptus substantiæ prædicamentalis nequit distingui formaliter a differentia constitutiva hominis, nam illa differentia est ens determinatum, & cum non sit accidens quia hoc nequit esse constitutum substantiæ, rellat, ut sit substantia; sic etiam argui potest de conceptu corporis quod non distinguitur a suis differentis, nam lapidis differentia est substantia, aut ergo indivisibilis, aut divisibilis, non primum, quia tunc lapis, ut lapis esset spiritualis, si secundum, ergo erit corpora vel corpus, non substantia divisibilis est corpora. Rursus fundamentum ponendi hæc distinctionem inter gradus metaphysicos sumitur ex diversis definitionibus, & conceptibus eorum formalibus, sed eadem res indivisibilis parte rei potest foris diversæ definitiones, ut v. gr. eadem simplicissima entitas animalis, ut est principium sensationis fortitur definitionem animalis, & vocatur animal; ut est principium intellectus fortitur vocatur homo, & fortitur definitio hominis, quod sit animal rationale, intellectus secundum eandem formalitatem est principium simplicis apprehensionis, iudicii, & discursus, & ex diversitate harum operationum diversæ fortitur definitiones, & tamen est una formalitas, insufficienter ergo colligitur distinctio formalis inter aliqua ex diversis definitionibus, cum eadem res simplicissima possit habere diversas definitiones secundum quod respicit diversa. Denique si etiam ex convenientia, vel disconvenientia rerum velimus multiplicare formalitates, & inducere distinctionem formalem inter gradus metaphysicos, dabitur processus in infinitum, nam Petrus, & Pauleitas, ut distinctæ ab humanitate conveniunt in ratione differentie, quia hic conceptus potest abstrahi ab utraque; ergo ratio differentie distinguatur in illis ratione talis differentie; de qua rursus idem argumentum formari poterit in infinitum abeundo. Neque dicas eas singularitates non convenire univoce, sed tantum proportionaliter, & analogicè. Tum quia Petrus, & Pauleitas eodem modo conveniunt in ratione differentie, & aliis, quæ Petrus, & Paulus in ratione hominis, tum quia in conceptu analogo, est eadem difficultas.

203. R. resp. propositionem illam, homo est animal, nedum esse veram ob identitatem realem prædicati cum subiecto, sed etiam in aliquo sensu ob identitatem formalem, nam identitas formalis est dictis disp. 1. Log. quæst. 3. art. 2. declarando naturam talis identitatis duplicem habet acceptiōnem, nam regulariter illa censetur formaliter eadem, quæ communicant in eadem profus conceptibilitate, & ratione obiectiva, sicut è contra illa dicuntur formaliter distincta, quæ habent diversas ex natura rei conceptibilitates; interdu enim illud dicitur esse idem formaliter aliter, quod includitur in conceptu formali illius, quo sensu superius dicitur esse idem formaliter inferiori, quia est de integritate conceptus formalis illius, quando igitur dicitur, homo est animal formaliter, est vera propositio non in primo sensu identitatis, quæ ratio formalis constitutiva hominis fit etiam constitutiva animalis, sed in secundo sensu, quatenus animal est de conceptu formali hominis; notandum tamen est distinctionem, & identitatem formalem esse prædicacionibus in concreto non rectè dignoscit, sed in abstracto, nam termini in abstracto sumuntur in concreto, prædicatio interdu est more materialis, nec valet nisi ratione subiecti, ut cum dicimus, album est dulce; quod autem ait Hurtad. distinctionem formalem esse quoque realem, quia exicit citra opus intellectus, est penitus falsum, & error ex eo procedit, quod non bene capit, ut capere reculat Hurtad. quid per distinctionem realem intelligit Scotus, ut fecerunt a formalis. Ad secundum respondet Amic. cit. eo argumento non tam impugnat distinctionem graduum, quam quom univocationem, concedit itaque hæc prædicata, quæ non sunt univoce, non esse distincta, & ita lo habere ens, & alia transcendencia, & ad istantiam allatam ex conceptu substantiæ, & corporis ait hos conceptus sumi dupliciter, primo completè, & non prædicacionem.

Metaph. P. 2. Tom. V.

tur, nisi de his, quæ ponuntur in recta linea, & univoce, atque ideo sunt distincta ab inferioribus, secundo incompletè, & prædicantur de omnibus, quæ participant rationem substantiæ corporeæ, ut de materia, forma, ac differentis, & non prædicantur univoce, sed analogicè, & secundum hanc rationem non sunt distincta. Hæc solutio in multis a veritate deviat, falsum in primis est hoc argumentum impugnari univocationem graduum, quia quando etiam concederemus gradus superiores non perfecte prædicandè, seu ex natura rei ab inferioribus, non hinc destruitur, & tollitur ab eis omnimoda univocatio, ut dictum est num. 206. examinando sextam rationem; deinde male negat a transcendencia univocationem, & vocat illa prædicata merè analogia, quia talia non dantur ex dictis disp. 2. Item si talia dantur, & habent unitatem conceptus, ut ipse velle videtur, aliqualem etiam habebant distinctionem in suo conceptu a suis inferioribus, & ideo male negat secundum talem rationem non esse ab eis aliquo modo distincta. Tandem quicquid sit de illa distinctione substantiæ completæ, & incompletæ, de qua alias diximus, adhuc admitti non suffragatur, nam ut dictum est disp. 5. Log. quæst. 3. art. 2. §. Respondetur, eadem difficultas fieri potest de illo conceptu substantiæ incompletæ, nam & substantia, ut sic, quilibet potest per spirituales, ut est anima, & corpoream, ut alia quævis forma substantialis, respectu quarum non ita a natura est, ut excluderet rationem generis univoce, ut dictum est disp. 7. Log. quæst. 1.

204. Ad secundum itaque cum assumit Hurtad. aliquas rationes communes a suis inferioribus distingui non posse, si sermo est de distinctione, & præcisione ex natura rei in rigore, qualis verari solet inter realitates, & realitates, & de ente ut est prædicatum transcendens commune Deo, & creaturæ, ita verum est assumptum cum eius probatione, quia transcendencia non dicitur conceptum in natura rei præcise ab inferioribus, ut constat ex disp. 2. quæst. 4. si autem sermo est de ente finito commune ad substantiam, & accidens, aut de ente transcendente, sed non de præcisione ex natura rei in omni rigore, ita negandum est assumptum cum probatione, quia ens finitum formaliter fecerunt a gradu constitutivo tam substantiæ, quam accidentis, sicut genus excludit, ac distinguitur a rationibus differentialibus, cum ens finitum verè, & propriè habeat rationem generis respectu substantiæ, & accidentis, ens autem commune Deo, & creaturæ, licet non habeat rationem generis, id est ex natura rei a constitutivis Dei, & creaturæ distingui nequeat, adhuc tamen habet suum conceptum perfectè unum, atque ideo in hoc sensu perfectè præcise a suis inferioribus, quo quidem modo statuerunt est omne superius, sive prædicamentale, sive transcendens, ratione suæ superioritatis, & communitatis a suis inferioribus distingui, & perfectè præcise, quatenus illa non actu involvit in suo conceptu nec explicitè, nec implicitè; ubi etiam nota illud assumptum non bene probari ab Hurtad. ens non distingui a substantia, quia substantia includit essentialiter ens, sic enim argumentari valeat de quoconceptu conceptu generico respectu suorum inferiorum, quia in eorum conceptu includitur, vel ergo per inferius intelligitur contractivum superius, & sic inter ea est mutua præcise, quia neutrum includitur in conceptu formali alterius, nam contrahens semper excluditur ratione formali contrahibilis, & contra, alioquin idem profus esset contractivum sui ipsius, vel per inferius magis propriè loquendo intelligitur illud, quod est pars aliqua subiectiva superioris, & tunc verum est utique inferius in hoc sensu includere semper superius in suo conceptu formali, sed hoc sequitur inferius non prædicandè a superiori, non tamen è contra, ut dicit Hurtad. & sic licet substantia non præcise ab ente, quia includit illud in suo formali conceptu, ens tamen perfectè præcise, & distinguitur a substantia, & quilibet alio suo inferiori, cum nullum eorum actu includat in suo formali conceptu, nec explicitè, nec implicitè. Verum tamen est nec conceptum ens, nec alterius cuiuscunque transcendens distingui a suis inferioribus ex natura rei, non quidem ob rationem ab Hurtad. in illa responsione allatam, quia nimirum cum sint conceptus transcendentes includuntur essentialiter in omni re; hoc enim est absolute falsum, quia non sic includuntur in suis contractivis, & quando etiam concederetur, non impediret præcisionem conceptus superioris a quoconceptu inferiori; sed ratio cur conceptus transcendens nequeat ex natura rei a realitate inferiorum distingui, est, quia non sunt conceptus adæquati, & adæquate importantes unam communem realitatem, sed important solum ipsam realitatem inferiorum inadæquate conceptas, quæ omnia conflant ex dictis disp. 2. de conceptu entis, cuius exactam intelligentiam tota hæc responsio supponit.

Cum deinde arguit eodem modo de aliis gradibus communibus prædicamentibus, nimirum substantiæ, & corporis, quod non distinguntur ex natura rei a gradibus inferioribus, quam essentialiter includitur substantia indifferentia eius contractiva ad esse hominis, & sic etiam corpus in suis differentis contractivis, hoc in primis falsum est, quia nec genus, nec differentia superior includitur essentialiter in inferiori, ex dictis disp. 5. Log. quæst. 3. art. 2. & tenet etiam Hurtad. ipse disp. 6. Log. lect. 3. unde differentia generis substantiæ, nec sunt forma liter substantia, nec accidentis, sed aliquid substantiæ per identitatem, quatenus sunt determinationes illius, nec possunt dici substantia nisi realiter, & identicè, unde & in communi modo loquendi differentia illius prædicamentis dicitur substantiales, non autem substantiæ, &



etiam seivicem, immo & quomodo opponuntur in ratione actus, & potentie physice, & nihilominus in eandem physicam entitatem coalescunt per unionem; ita ergo servata proportione dicendum de gradibus metaphysicis generico præsertim, & differentiali, immo ex hac subordinatione unius gradus ad alium (præsertim cum sit ex natura rei, & non merè arbitraria, ut etiam gener ipse Pasqualig. disp. 79. cit. lect. 3.) potius deducitur distinctio inter hos gradus, quam unitas, & identitas, ut constat ex dictis supra num. 198. quia ordo ex natura rei talem quoque distinctionem inter ordinata polulat, nihil enim sibi ipsi subordinari potest. Ad quartum, licet de ratione distinctionis formalis in uno sensu sit; quod distinctum non sit de conceptu alterius, a quo ponitur distingui, sicut è contra illud dicitur esse item formaliter aliquid, quod est de conceptu illius, quo sensu sæpè diximus identitatem, & distinctionem formalem coincidere, cum essentiali; tamen proprie loquendo de distinctione formalis, ut hic de ea loquimur, non est de ratione illius, quod quæ sit distincta censetur, quam non sit aliquid ad alterum, sed solum quod ratio obiectiva, sive conceptibilitas unius sit alia a ratione obiectiva alterius, quo sensu superior, & inferior sunt formaliter ex natura rei distincta, etiam si superior sit de conceptu inferioris, quia ratio humanitatis alia est a ratione animalitatis, quatenus addit aliquid super illam, nec eadem definitione notificatur. Ad quintum negatur consequentia, non enim quæcumque se excludunt secundum proprias rationes eo ipso opponuntur in rigore, sicut impossibilia, veluti duæ differentie idem genus dividentes, patet de re & modo, de subiecto, & passione, de substantia, & accidente, quæ se excludunt secundum proprias rationes, & tamen simul componuntur, nec dicuntur opponi; & adhuc magis ad propositum patet de materia, & forma, quæ se excludunt nedum formaliter, sed etiam realiter, & tamen coalescunt per unionem in eandem essentiam physicè compositam, sic itaque in proposito realitas superior, & inferior, licet se excludant formaliter per diversitatem conceptum, adhuc tamen coalescere possunt per identitatem in eandem essentiam metaphysicè compositam.

211 Ad sextum negatur minor, nam esse entitativum esse physicum, & esse formale esse metaphysicum, prius autem natura est esse physicum, quam esse metaphysicum, quia hoc abstractitur ab illo, & in eo fundatur, & formalitatis metaphysicæ a formis physicis derivantur, ut patet in homine præsertim in sententia admittente in eo formarum pluralitatem, quia a forma mixti sumitur formalitas corporeitatis, ab anima sensitiva formalitas animalitatis, ab intellectiva formalitas rationalitatis; falsum igitur omnino est, quod esse entitativum sequatur esse formale; si tamen per esse entitativum intelligatur etiam esse existentielle, in hoc utique verum esse est, quod esse entitativum sequatur esse formale, quia esse formale pertinet ad essentiam rei metaphysicè sumptam, & in hoc sensu procedit probatio minoris, sed hoc pacto minime opus est, quod si gradus metaphysici distinguuntur secundum esse formale, distinguantur etiam secundum esse entitativum, & quia existentia non sequitur ad esse formale cuiuscumque gradus, sicut sumpti, sed ad esse formale integrè, & completè essentialitè, quam constitunt, ut existentia hominis sequitur ad esse formale humanitatis, & hac unice existentia existunt omnes, & singulari formalitatis metaphysicæ in humanitate imperfecitè per identitatem, ut animalitas, rationalitas, &c. Ad ultimum negatur consequentia cum eius probatione, quia ut constat ex tract. Formalit. distinctio formalis in schola Scottistarum est minor a toto genere distinctione reali, & ad probationes in oppositum satisfactum est superius disp. 5. quæst. 11. art. 2.

212 Septimo arguit Averl. quæst. 13. Log. sect. 4. probans præsertim genus, & differentiam in constitutione speciei non distinguari a parte rei, sed tantum ratione, cuius rationes opus non est hic adducere, quædam enim soluta sunt disp. 5. Log. quæst. 3. art. 2. & alia minores momenti solvantur ex dictis, nota tamen, Averl. iam ibi falso imponere Scoto, quod eam distinctionem, quam posuit in essentia specificis inter genus, & differentiam, poluerit etiam in summis genericis inter ipsum ens, & differentias contrarias entis. Falso, inquam, id adscribitur Scoto, quia frequenter monui ad meritum Doctoris non eodem modo discurrendum esse de gradibus prædicamentibus, & transcendentibus, quia prædicamentales importantes realitates communes a parte rei, non autem transcendentales, sed solos conceptus inadæquatos, ut constat ex tota disp. 2. quod autem gradus prædicamentales generici, ac specificè veras importantes realitates, ac naturas communes pluribus, non quidem per inexistitiam, sed per indifferentiam jam probabitur disp. sequenti. Quod si per ens ad summa genera contrarium intelligat ens finitum, quia hoc in principiis nostris proprie habet rationem generis, & constitutum cuiuslibet prædicamenti habet rationem differentie contrarie illius, in hoc utique sensu verum est distinctionem eisdem, rationem nempe formalem, ex natura rei verari inter ens, ac differentias eius contrarias.

Sed hic emergit difficultas, quod inter realitates generis, & differentie in principiis Doctoris major adhuc distinctio, quam formalis ex natura rei intercedere debeat, siquidem ipse 1. dist. 8. quæst. 4. ad 1. princip. & 2. dist. 3. quæst. 6. infra K. ait realitatem generis, & differentie habere solum identitatem cum tertio, quod si abstrahantur non remanet amplius ratio identitatis; ergo si una realitas non possit ad propria natura identificari cum alia, sed solum ex exigentia tertii, jam distinctio vertens inter illas non

solum erit formalis, sed etiam realis in eo gradu, ut per Dei potentiam possit abinvicem separari. Resp. aliqua posse uniti in tertio dupliciter ex Doctore 2. dist. 12. quæst. 2. ad 1. princip. vel per modum rei, & rei, ac unitate unionis, vel per modum realitatis, & realitatis, ac unitate identitatis; quæ primo modo unitur, utique realiter abinvicem distinguuntur, ac etiam possunt abinvicem realiter separari, quia utrumque extremum sicut est propriè res, ita propriam possidet existentiam, quæ autem unitur secundo modo, possunt utique separari obiectivè, & præcivè, quia unum non includitur in conceptu quidditativo alterius, nequeque tamen realiter separari, quia non habent in se propriam existentiam, sed existunt tantum existentia tertii, cui identificantur. Instabit rursus, si ergo istæ realitates in tertio sumtaxat realem suscipiunt identitatem, ergo in seipsis realem habent distinctionem, & separabilitatem. Negatur sequela ex Scoto 1. dist. 2. quæst. 7. sub Hb. dicente non sequi A, & B, non sunt idem realiter, ergo sunt distincta realiter, quia realitas in antecedente negatur, in consequentia affirmatur, ita quæ in proposito non valet dicere, realitates generis, & differentie non habent in seipsis identitatem realem, ergo habent distinctionem realem, sicut enim realis identitatis ordinem dicit ad unam existentiam aliquorum, ita distinctio realis habitudinem dicit ad distinctam extremorum existentiam, cum ergo realitates generis, & differentie proprias in seipsis non habeant existentias, quia non sunt aptæ in recto existere, sed sunt aliquatè existentis in recto, & idèò quantum est ex seipsis neque sunt realiter identificata, nec realiter distincta, sed ex seipsis, non sunt realiter eadem, & sunt idem in tertio, quod constituit.

Potremò arguit Jo: de S. Thom. loc. cit. qu. 3. de univ. art. 6. ex duplici capite, primo ex destructione distinctionis ex natura rei formalis generaliter loquendo, cuius rationi jam facti facti disp. 1. art. 2. quæst. 5. art. 2. solvendo, & argumenta contra. formalem distinctionem. Deinde ex peculiari ratione prædicamentum essentialium, quæ ab eadem forma proveniunt, quæ quidem ratio incidit cum secundo argumento Suarez jam soluto num. 210.

Q U Æ S T I O VII.

An omnes rerum essentia sint inæqualis perfectionis.

213 Quo pacto rerum essentia constituantur, hæcenus declaratum est, restat ut in hac ultima quaestione eas conferamus adinvicem, & quia unaqueque essentia peculiarem suam dicit perfectionem essentialiam, quæ tanta est, & non major vel minor (nam, ut sæpè dictum est, hic est sermo de essentia rerum creaturarum) videamus, an omnes in tali perfectione inæquales esse debeant, vel potius etiam esse possint æquales. Concedunt omnes de facto dari sub eodem genere species diversas, quarum una est essentialiter perfectior alia, atque idèò sunt perfectionis inæquales; & hoc est ad ea exploratum, ut nemo humana mentis id negare queat, nam sub genere animæ species humana irrationalis omnibus præstat, sub genere substantiæ perfectior est substantia spiritalis, quam corporea, sub genere qualitatis potentia, quam habitus, & sic in multis aliis. Et ratio est, quia talis inæqualitas in perfectione essentiali non repugnat in speciebus, cum non impediatur, quin minus possit aliquo in aliqua ratione communi convenire, & communicare, quia cum in ipsis assignentur gradus genericus, & differentialis ex supradictis, ex diversitate differentiarum poterit attendi earum inæqualitas in essentiali perfectione, convenientia verò, & similitudo ex gradu generico, in quo communicant, præscindendo à differententiis.

214 Itaque tota difficultas est, an etiam de facto dentur, vel saltem dari possint per potentiam naturalem, vel divinam species diversæ sub eodem genere, quæ ad hoc sint æquales perfectionis essentialis; in qua celebri controversia duæ sunt oppositæ sententiæ, altera Antiquiorum, altera Recentiorum, Antiquiores enim ferè omnes inculcantur docuerunt essentias omnes specificas esse necessario inæquales perfectionis, & nedum aliqui de facto negantur inveniri duas species perfectione æquales, verum etiam de possibilitate loquendo de potentia Dei absolute, quæ de ratione specierum aijunt esse, ut una sit semper essentialiter perfectior alia, quæ Arist. 1. dist. 3. art. 1. prop. 2. D. Thom. quol. 3. art. 6. & quæst. de spiritalibus creaturis art. 8. Sone. 12. Metaph. quæst. 4. Fonseca. 5. Metaph. cap. 28. quæst. 16. lect. 2. Albertin. tom. 1. princip. 6. Philoph. pund. 7. dist. 1. Suarez disp. 29. Metaph. sect. 3. num. 16. Valq. 1. part. disp. 122. num. 12. Et Scotus ipse favore videtur pluribus in locis, ac quamplures Arist. Expofitores lib. 10. Metaph. Ad verò Recentiores passim oppositum docent nimirum nedum hoc non repugnare de potentia Dei absolute quin etiam satis verisimile esse, quod de facto dentur aliqua species, quæ cum diversitate essentiali fervent æqualitatem in essentiali perfectione, adeunt una sit quidditative perfectior alia; ita Averl. quæst. 11. Log. sect. 5. Ponc. disp. 5. Log. quæst. 3. Ariag. disp. 1. de Anima lect. 3. Ovied. controvers. 1. de Anim. pund. 8. §. 5. & quamplures alii modernè. Pasqualig. tandem tom. 1. Metaph. disp. 80. lect. 2. inquit proprie loquendo, & in rigore essentias rerum, nec æquales in perfectione, nec inæquales dici debere, quasi quoad perfectionem inter se commensurari possint, quia esse quantum, & commensurabili non proprie dicitur de rerum essentia, & perfectione substantiæ, sed

sed solum de magnitudine, & mole, ac cæteris rebus, quæ aliquo modo quantæ sunt; subdit tamen enim secundum conclusionem, quod quia æqualitas, & inæqualitas nedum accipi potest commensurative, sed etiam proportionaliter, hoc est, nedum potest haberi æqualitas, vel inæqualitas ex eo, quod aliqua invicem commensurentur, sed etiam quia attendatur quantitas uniuscujusque cum quadam proportione, quæ proportio ab aliquo tertio extrinsecè ponderante mensuretur, subdit (inquam) in rerum essentia posse dari æqualitatem secundum proportionem, licet hæc secundum proportionem non sit adeo proprie æqualitas, aut inæqualitas, & in hoc sensu fecimus ad hæret sententiæ, cui etiam favore videtur Scot. quol. 6. §. Contra illa, ubi hæc verba habet, *est enim una species entium quantumcumque immaterialis alteri speciei immateriali æqualis, vel inæqualis secundum perfectionem, quibus verbi æqualitatem perinde, ac inæqualitatem esse inter species possibilem asserere videtur.*

A R T I C U L U S I.

Resolutio quæstii.

215 Pro resolutione quæstii supponendum est cum communi contra Pasqualig. cit. id quod notatum est disp. 7. quæst. 2. ab initio num. 26. non immerito ex rebus corporeis translatur esse quantitas nomen ad significandum gradus perfectionis cuiuscumque rei in suo genere, & idèò dicitur quantitas virtutis, vel perfectionis, quæ per omnia genera vagatur, quæ ratione dicitur quantitas transcendens ad differentiam quantitatis molis, quæ proprie in quantitatibus prædicamentis recluditur, cujus metaphoricæ translationis fundamentum ibi explicui, & hoc ipsum concedit Pasqualig. loc. cit. Sed cum hoc negat æquè bene ad essentias rerum transferri æqualitatem, & inæqualitatem, quod nec potest verum, nec facta consequenter dictum, eo enim ipso quod subiectum, vel eius significatio ad aliqua extranea metaphoricè transferatur, idem quoque iudicium de ejus proprietatibus ferendum est, v. gr. si risus, vel ridere ad luxuriam præter videntis significandum transferatur, trahit eodem modo proprietates risus ad præter transferuntur, ut esse hominis lætificativum, &c. cum ergo sit proprium quantitatis secundum eam æquale, & inæquale dici, concedendum est ad translationem quantitatis ad rerum perfectionem significandam, etiam ipsam æqualitatem, ac inæqualitatem transtricere posse. Confirmatur hæc doctrina, quia sicut quod est proprie quantum, potest etiam cum omni proprietate æqualitatem, vel inæqualitatem fundare, ita quod est solum metaphoricè quantum, & per quandam analogiam potest eodem modo dici æquale, vel inæquale, si ergo quantitas transferatur per quandam analogiam ad essentias rerum, earumque perfectionem essentialiam significandam, poterit eodem modo transferri æqualitas, vel inæqualitas.

216 Hinc docet Scot. 1. dist. 19. quæst. 1. quod licet præter quantitatem prædicamentalem, quæ est propria corporum, admittitur quantitas transcendens ens, quæ est quantitas virtutis propria essentiarum, ita quoque præter æqualitatem, & inæqualitatem prædicamentalem, quæ est proprietatis quantitatis prædicamentalis, admitti debet æqualitas, ac inæqualitas transcendens; idèò inquit de æqualitate, similitudine, ac identitate bifariam nos posse loqui, primo modo proprie, & strictè, & sic sunt relationes diversè generibus appropriatæ, ut identitas substantiæ; æqualitas quantitatis, & similitudo qualitatis, alio modo communiter, & largè, & sic in omni genere, ac etiam extra genus reperiuntur, ad cuius rei intelligentiam notat ibi Doctor §. de secundo, hæc tria nempe substantiam, vel essentiam, qualitatem, & quantitatem bifariam accipi posse, strictè, & proprie, quæ præter tria constituent prædicamenta, deinde communiter, & improprie, quo pacto in omni ente reperitur, quod quidem de substantia patet, quia sæpè per essentia sumit solet, quæ in omni ente reperitur, quodlibet enim ens habet necessario suum quid, id est suam essentiam, qualitas pariter in se significat per omnia vagatur generata, quia in hoc sensu sumitur per differentia essentialis, de quo modo qualitas ait Doctor loquens Philophan, quæst. Metaph. cap. de qualitate, ubi essentialium differentiam qualitate appellat, quæ phrasè utitur quoque Porph. dum ait prædicari in quale quid; Quantitas tandem, ut dicebamus, per analogiam ad omnia genera transferatur, ac etiam extra genus reperitur, quatenus significat magnitudinem perfectionis, quæ dicitur quantitas virtutis, de qua dicit August. 6. de Trinit. cap. 7. quod in his, quæ non mole magna sunt, idem est melius esse, quod magis esse. Ex hoc inter Doctor cum Aristot. quodlibet ens tribus modis considerari posse, primo ut quid, id est per modum habentis quidditatem, & essentiam, secundo ut quantum, id est per modum habentis propriam perfectionem, tertio denique ut quale, & secundum hanc triplicem considerationem potest super ipsum ens fundari triplex ratio communiter sumpta, identitas fundatur super quodcumque ens in quantum est quid, æqualitas, & inæqualitas, quatenus quodlibet ens reale est quantum quantitate perfectionis, similitudo tandem, & dissimilitudo, in quantum est quale, sicut ergo substantia, qualitas, & quantitas, quæ sunt fundamenta identitatis, similitudinis, & æqualitatis in omni genere, ac ente reperiuntur, ita & præter tria relationes possunt in quolibet ente fundari modo jam declarato.

Metaph. Aristot. P. 2. Tom. V.

217 Sed & hoc rursus declarat Doctor peculiariter de æqualitate, & inæqualitate quol. 6. §. de primo, in his verbis, Philophosus 5. Metaph. cap. de quantitate dicit, sunt autem magnum, & parvum, & majus, & minus, & secundum se, & ad invicem dicta, quanti passiones secundum se, transferuntur etiam, & ad alia hæc nomina; vult dicere (inquit Doctor) quod magnum, & parvum five accipiuntur absolute, & secundum se, five respectivè, secundum se conveniunt quantitati proprie dictæ translative autem alius. Et hoc apparet satis per rationem, quod non negaret Philophosus æqualitatem esse in individuorum eisdem specie in quolibet genere, & inæqualitatem specierum, & per consequens, cum ferendum quantitatem, quantitas aliquo modo convenit omni enti cuiuscumque generis, & per consequens licet magnum, & parvum secundum eam sint passiones proprie quantitatis, tamen translative accepta sunt transcendencia, & passiones totius entis. August. autem 6. de Trinit. cap. 8. istam magnitudinem, quam Philophosus dicit translative dictam, dicit esse magnitudinem non molis sed bonitatis, & perfectionis, in his (inquit) quæ non mole magna sunt, idem est majus esse, quam melius esse. Patet ergo, (concludit Doctor,) quod magnum primo modo secundum Aristot. proprie dictum, & secundum August. magnum mole non est in Deo nec in aliquo spiritali, sed magnum translative secundum Philophosum, & magnum bonitate, & virtute vel perfectione potest poni ibi, quia illud est transcendens conveniens suo modo omni enti, ita discurret Doctor loc. cit. ex quibus evidenter deducitur contra Pasqualig. ad essentialium rerum perfectionem dignoscendam, & tantitatem, seu gradum cuiuscumque non solum quantitatem ipsam ad rerum essentias transferri posse, ac debere verum etiam æqualitatem, & inæqualitatem per quandam analogiam.

218 Hæc itaque suppositis, ut communiter ab omnibus concessis, mihi videtur dicendum sum priori sententiæ, essentias omnes specificas necessario esse debere in perfectione essentiali in æquales, ita ut implicet duas reperiiri eisdem omnino perfectionis. Conclusionem hæc pluries insinuat Doctor, licet ex proffeso dubium hoc non resolvat in terminis, sed potius eam supponere videtur, nam in 1. dist. 2. quæst. 1. X. & sequent. & in 2. dist. 3. quæst. 10. proponendo illam suam maximam, ubi pluralitas requirit majorem perfectionem, infinita pluralitas requirit infinitam, supposit quod effectus solo numero distincti sunt æquales perfectionis essentialis, ad effectus specie distincti semper inæquales, & unus alio essentialiter perfectior, & in 4. dist. 12. quæst. 3. F. & G. ait causam univocam, quæ scilicet est eisdem rationis, & speciei cum effectu producta, esse æquè perfectam cum effectu producta, causam verò æquivocam, quæ scilicet est alterius speciei ab effectu, esse perfectiorem, & quol. 6. §. de primo, ait, quod æquales perfectionis essentialis ita est propria individuorum sub eadem specie, sicut inæqualitas est propria specierum sub eodem genere, & alibi frequenter eodem modo loquitur; nec obstat, quod quolib. eodem inferius, §. contra illa, ait, quod scilicet, una species entium quantumcumque immaterialis est alteri speciei immateriali æqualis, vel inæqualis secundum perfectionem, nec hoc enim asserere nolit posse plures species esse inter se æquales, quia de hoc non erat ibi disputatum, sed solum innuere voluit, nam quantumque speciem propriam possidere perfectionem, secundum quam alteri comparata dicitur illi æqualis, vel inæqualis, unde non loquitur aliquid asserendo de æqualitate, aut inæqualitate specierum, sed potius præscindendo ab ista quaestione, eandem tenent Scotus quamplures, sed præsertim præstantissimus inter omnes Trombet. 1. Metaph. quæst. 1. art. 1. sed quia pluribus rationibus, & auctoritatibus Aristot. probari solet, quæ non convincunt omnimodam hujus conclusionis veritatem, atqueam veram fundamentum proponatur, ne in ejus probatione quispian decipiatur, eas examinare juvabit.

219 Primo probari solet, quia omnes differentie specificæ sunt inter se inæquales in perfectione, ergo & ipsæ essentia specificæ, ex ipsis constituta, consequentia patet, probatur assumptum ex Aristot. 10. Metaph. 17. ubi ait, semper unam differentiam se habere ut formam, alteram ut privationem, neque nomine privationis simplicem intelligit negationem, sed intelligit imperfectionem differentiam, quæ tenens minus alta participat de perfectione, & idèò est quodammodo privatio, quatenus privat speciem constitutam per ipsam maiori alia perfectione, ut ibi Commentator exponit; ita arguit Aureol. cit. & Sone. 12. Metaph. quæst. 4. qui hæc rationem appellat demonstrationem in doctrina Aristot. & Comment. fundatam. Hæc ratio non probat, quia Adversarii hinc negantur assumptum, quod non sufficienter ex Arist. auctoritate aduenda probatur; cum quia Aristot. re vera ibi nec de diversis differentis genus contrahentibus loquitur, nec de omnibus speciebus diversis, sed tantum contrariis, & ibi solum ostendere intendit habitum, & privationem esse principium contrarietatis, quatenus unum contrarium semper habet privationem alterius, licet non in omnibus similiter, ut ibi graviter exponunt Scotus & Alensius. Tum quia etiam Aristot. loqueretur ibi ex instituto de omnibus differentis generum divisivis, falsum est, quod accipiat privationem pro ignobiliori forma, quia sæpè contingit ex vocabulorum inopia differentiam nobiliorem per modum privationis explicari, ut v. gr. immaterialitas est nobilior materialitate, & immortalitas mortalitate, & tamen explicatur per modum privationis. Denique quando etiam Philophosus ita explicaretur, ut ibi pro